

P R E F A T I O

aliquid inesse divini statuitur, ita quoq; in  
 eclipsium effectibus physicis singulare quid-  
 dam contineri iudicatur, unde est illud  
 quod tomo tertio declamationum PHILIP-  
 PI ERASMV S REINHOLDVS,  
 Mathematicorum istius aetatis antefig-  
 nanus de MATTHIA REGE Vn-  
 garia commemorat. Cum enim rex gra-  
 vissimè decumberet, & Medici in humori-  
 bus solis sufficientem causam ostendere non  
 possent, ac animadverterent tamen, solum-  
 modo mirificum esse languorem cordis, ibi  
 IOHANNES REGIOMONTANVS,  
 Mathematicus praeclarissimus, quem ad  
 Calendarij correctionem instituendam  
 evocaverat Romam anno CHRISTI 1470  
 Sixtus Quartus, ex Eclipsi in ea momenta  
 incurrente illam virium vitalium imbecil-  
 litatem extitisse, & cordis virtutem suavi-  
 bus rebus confortandam & fovendam non  
 sine maximo valetudinis regis emolumento  
 admonuit. Hisce igitur, ut & alijs gra-  
 vissi-